



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuitur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

11 Præsidiorum desertio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

sacrosanctos (Matth. 10. & 1. Corinth. 9. &
 c. clerici omnes. 1. q. 2. & c. cum secundum
 Apostolum. de præbend.) quibus proculdu-
 bio suus titulus ad suimetipsum etiam cuique
 tuitionem debet esse certus & fixus. Cæterum
 de varia tituli ecclesiastici ratione cum plures
 alias congeffimus coniecturas ex Antiquitati-
 bus ecclesiasticis in Syntagma nostrum de Pro-
 uentibus ecclesiasticis ad cap. 1. de testam. nu.
 13. & seqq. vsque ad nu. 33. verum præsens hæc
 ad milites prædiciarios eorumque stationes at-
 que titulos allusio plus habet gratiæ & myste-
 rij; utpote ex qua simul & illud intelligitur,
 quod nos hoc loco potissimum spectamus,
 quemadmodum sine Principis vel certè du-
 imperio militibus prædiciariis non licet prædi-
 dia sua deserere, sic nec ecclesiasticis licere citra
 sui Superioris veniam, consensum, & appro-
 bationem sua mutare beneficia ceu stationes
 consuetas ad tuendum semel sibi commissas.
 Ecclesiastica legislatio deinceps insecura con-
 stantissimè semper has constitutiones Apосто-
 licas & primævas in ecclesia Christiana reti-
 nendas & obseruandas esse censuit ac voluit.
 Itaque mox inualefcente Christianismo tan-
 demque temporibus Imperatoris Constanti-
 ni liberrimè passim recepto, primùm in uni-
 uersali Synodo Nicena Can. 15. & 16. tum de
 Episcopis & Presbyteris atque Diaconis tum
 de cæteris omnibus viris ecclesiasticis consti-
 tutum denudò fuit ne loca sua mutarent, quan-
 tumlibet id ex praua consuetudine iam tum

11
 Prædiciariorum
 desertio.

12
 Nicena Sy-
 nodus hæc in
 re Canoni-
 bus Aposto-
 lorum con-
 formis.

temp
 & pr
 edito
 noui
 can
 ratic
 cas
 mus
 verò
 in c.
 to si
 pòit
 tuqu
 chent
 ne p
 perit
 que
 nulli
 licet
 vela
 nes p
 tam
 pecc
 res
 uita
 sub
 uita
 di v
 nibe
 der
 mig
 suo